

& METALLURG ARGENTARIAE ONOMATOLOGIA.

in inscriptione Dissertationis hujus retinere visum est; sub intellectu tam
en restrictione, quatenus terra illa gloriofissimis Marchionibus Misniæ, &
nunc temporis ex illis Electori Saxoniæ potentissimo, Domino nostro Cle-
mentissimo subjecta est.

§. 9. Altera inscriptionis vox, *Metallurgia*, Origine græca est, facta
per *onomatologiam*, in qua Græca natio maximè sibi indulget, in que eadem
brevitatem, perspicuitatem & accommodationem sœpius spectat. Compo-
sita καὶ ἀναλογίᾳ, ut alia vocabula v. g. κακεγία, παιτεγία, λειτεγία,
γερεγία & similia; ita quoque μεταλλεγία ex μέταλλον metallum, & ἔργον,
significans opus. Illud Lexicographi cùm Plinio N. H. I. 33. c. 6. defivant
ex μετά post, & ἄλλον, aliud, quia ubiunque una inventa est vena, non pro-
cul invenitur alia: hinc μεταλλεύω scrutor, diligenter inquiero, wie man mit
der Wünschel-Rute die Gänge ausrichtet / und derselben Streichen und
Stunde durch den Compas erforschet. Neque tamen heic prætereunda
est ista allusio, quam Zehnerus in Similitud. Bibl. p. m. 3. exprimit, μέταλ-
λον scil. ac μεταλλάν à radice Syriacā מַתָּה parabolam proposuit, deduc-
cens: μεταλλάν enim inquit, est studiosè & curiosè inquirere, quali perve-
stigatione cum primis in explicatione similitudinum opus est, quod Syraci-
des docet c. 39. v. 2. 3. *ἐν τοῖς Φαῖστοις τὸ μεταλλεύοντα στηνεται*, καὶ ἐν αἰ-
ριγματι τὸ μεταλλεύοντα *ἀπειροφήσεται*. Altera compositionis pars ἔργα, extra
compositionem non occurrit, significat idem ac ἔργον, opus, ubi καὶ
ἴξοχιù huc quadrat derivatio, quā aliqui illud deducunt ab ἔργῳ, terra, ut sit
quasi ἔργον, quod post mundum conditum primus labor terræ excolendæ
fuerit impensus. Germanice Bergwerck.

§. 10. Est autem *Metallurgia* alioqui vocabulum satis ambiguum
idque propter metallum. Ut enim hoc apud Romanos adjectō verbō,
poenæ species erat servitutem irrogans atque libertatem adimens, ut ex Ju-
re Romano constat; sic etiam ipsa metallurgia hujusmodi civilis mors dici
poterat, quam μεταλλέγεσθ. e. ad metallum damnatos subire oportébat.
Quā poenā servi in subterraneis specubus tanquam à communi luce semo-
ti, & ceu vivi sepulti, sœpè fame, labore, vapore atque ruina necabantur,
quod Aegyptiorum inventum dicit Anastas. à valle quietis *Face histor. Lip-*
psi Admir. l. 2. p. m. 455. Hoc modō etiam crudelitas Arrianorum erga
Christianos Catholicos exercebat: quanquam alias non unius generis
fuerit. Siquidem aliam leviorem, aliam atrociorem fuisse historiæ tra-
dunt,